



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, A. M.DC.XXIX**

Dominica Tertia Post Pascha.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56232)



affecti, & tædiosa expectatione Domini sui absentiam suspirantes exedebantur: sed non nisi triduo, quo Christus ab ipsdem absuit: hi quidem quod tristi mortis sententia eum neci traditum; illi vero, quod jucundissima corporis illius presentia sese orbatos cernerent ludæis interea exultantibus & plaudentibus sed mox mutatis vicibus, & lacrymis in gaudia, afflictionibus in lætitiâ, tristitiaque conuersa in jubilos & cantica illa incredibili affectu fuere gaudio, quod Christum ab inferis reducem, & à mortuis resuscitatum: hi vero odio & huore contabuere, quod hostem iuratilissimum à morte gloriosum, & resurrectione nobilitatum viderent. Atque hæc præsentis vobis hora exponere conabor. Si spiritus paracliti prius opem, & gloriosâ Deiparæ patrociniû supplicem postulauerim: quam Angeli more & verbis compellemus dicentes, *Aue Maria.*

Inter ceteras Aristotelis ingeniorum Principis, quibus ad Christianam fidem quam proxime accessisse, & Christiani hominis more locutus visus est sententias, Auditores, non postremum occupare mihi locum videtur illa, quam & plurimis in locis repetij, quæ omnia quæ in rerum natura existunt naturaliter ad bonum ferri, & ipsum motu quodam & instinctu naturali appetere censuit. Quam deinde & calculo suo confirmans Christianus Philosophus Seuerinus Boetius, & ipsam ad beatitudinem referens, dicere non erubuit, omnem hominum contentionem & industriam ad vnicam beatitudinem, diuerso quavis calle procedentem, tendere, eamque in omnibus & vbique intueri. Verba illius e libro, de consolatione proferat, *Omnis mortalium cura quam multiplicium labor exercet, diuerso quidem calle procedit, sed ad vnum tandem beatitudinis finem nititur peruenire.* Ac deinde ad Aristotelis opinionem quam proxime accedens, eodem libro ait, naturam omnium mentibus cupiditatem aliquam veri boni inuenisse, sed errorem deuium, eandem retrahere falsarum rerum desiderium insinuando. Est enim, inquit, *mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas sed ad falsa deuius error adducit.*

Illius opinionis fuit & magnus August. dicitque naturam stimulos quosdam ad beatitudinem exoptandam suggerere, & assiduis calcibus ac bonorum concupiscentiam extimulare: quod Creatori ascribi necessario debet, qui huiusmodi hominibus desiderium indidit. *Ad appetendum beatitudinem natura compellit, cui summe boni & immutabiliter beatus Creator hoc indidit.* His accedit & mellifluus doctor Bernardus, dum quodam loco naturali omnes nos desiderio summum appetere bonum, nec vlla ratione, nisi eodem adempto, posse quiescere. Appetitus autem huius ratio & fundamentum aliud statui non potest, quam quod beatitudo noster sit finis, omniumque voluptatum, ambitionum, affectuum, desideriorumque centrum: finis autem omnia mouet & agere cogit, omnia namque, juxta Philosophos, agens agit propter finem: atque ipse in intentione primum quod proponimus, & vltimum quod exequimur.

Vetur olim in Mosatica lege Deus, ne quis sibi bouem aut ouem, auribus aut cauda truncatam, ad voti obligationem persoluendam offerret. Cauda porro finem denotat quem Deus semper sibi offerri, nobisque ob oculos perpetuo, in omnibus actionum nostrarum sacrificijs, versari, ac nunquam memoria seriniis elabi vult.

Inter cetera quæ Ieremias Propheta in Thren. i. Threnis deplorauit, fuit, quod Ierosolymitana ciuitas vitijs à capite ad calcem usque repleta, finem ob oculos non haberet. Verba dabo, *sordes eius in pedibus eius & non est recordata finis sui.* Et est profecto deplorandum, hominem, ceterorum quam optime recordantem, finis tamen sui nunquam reminisci, in cuius nihilominus cogitatione memoriaque vera hominis felicitas ac beatitudo consistit.

Finis igitur omnium desideriorum nostrorum scopus est, in quem omnes cogitationum nostrarum sagittæ collimant: cuius signum esse credo rotas illas admirabiles, quas Ezechiel propheta ab impetu spiritus dirigi & impelli vidit. *Quo ferebat impetus spiritus eo ferebantur & rota.* Ceterum impetus

Lib. de vita clericorum.

Len. 11. Cauda causa finis operis denotat.

Thren. i.

Ezech. i.

I. Elie. 3. Tota. 4. Metaphys.

13. de. 8.

petus ille spiritus finem designat; qui desideriorum nostrorum rotas dirigit ac mouet: impetuolus autem & violentus esse describitur, quod finis vi quadam & impetu nos trahat atque impellat: ita vt quantumuis vel maxime obnitamur, & reluctemur, ipse tamē violententer abripiat, & in partes suas cogitationum nostrarum rotas pertrahat.

Atque hinc est quod Magister sententiarum, & Seraphicus doctor Bonauentura, atque adeo omnis Scholasticorum Theologorum turba, cum principe & capite suo Thoma, vnanimi consensu tradant, non ob eum nos finem creatos & conditos à Deo fuisse, vt hic in terra perpetuo commorantes genio indulgeremus, ventri obsequeremur, & rebus terrenis Epicuream vitam viuendo, gauderemus: sed vt bonis operibus diligenter incubendo, diuinisque præceptis obsequendo ad æternam tandem aliquando beatitudinem pertingeremus.

*Omnia naturaliter ad finem suū tendunt.* Cum igitur omnia creata, naturali quodam instinctu ad finem suum maximopere festinent, eumque desiderant, vt olim Aristoteles in Physicis tradidit, mirari nemo debet, hominem tanta animi cōtentione desiderioque ad tam præclarum finem conuerti, omni- que ratione, quo eius particeps aliquando reddatur, contendere. Sciendum potro est, neminem nisi proprijs & consentaneis ad eūdem, ex Philosophorum sententia, medijs posse pertingere: proprium autem & natura consentaneum ad beatitudinem perueniendi medium, est ipsa diuinorum mandatorum obseruatio, quod & filius Dei in Euangelio olim præcipit dicens, *si quis ad vitam ingredi serua mandata.*

*Math. 5.* Nemo enim per latam consolationum, deliciarum & voluptatum januam ad vitæ cœlestis beatitudinem vnquam penetravit, sed per angustum tribulationum, afflictionum, ærumnarumque toleratarum ostium: quod & in actis docuere Apostoli dicentes:

*Act. 14.* Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum. Huius rei euidentis in hodierno Euangelio argumentum videre est: in quo Christus Apostolos consolatus, & cœlestis beatitudinis spem in animis eorum excitans, multis illos ærumnis concutien-

dos, tribulationibus diuexandos, afflictionibus cruciandos prænuntiat, ac tandem per scabrosam & seruposam hanc viam ad cœlestia gaudia peruenturos: *Tristitia*, inquit, *vestra vertetur in gaudium.* Verum altius Euangelium repetendum est, & ex ipsis fontibus eius exordium arcescendum, ad quos nos Euangelista Ioannes deducet: *Modicum non videbitis me, &c.* Vt autem ordinem aliquem in huius Euangelij deductione seruem, primo de impiorum iustorumque tribulationes, cruces, ærumnas ob oculos ponam. Mistra hæc materia futura est, risus dolore miscbitur, & gaudia & iubilos dolor & lamenta excipient.

Ioan. 15.

ibid.

Christus patri comparatur.

Christus igitur, iam ex hoc mundo ad Patrem secessurus, & cœlos, e quibus iam dudum abfuerat, repetiturus, discipulos vnus in locum collectos consolatus est: in quo amantissimum filiorum patrem, longam profectioem instituere ab eis ad tempus secedere volentem est imitatus: hic enim primo dolorem verbis lenibus & benignis mitigat, deinde profectioem suæ causas aperit. Scilicet quod in aulam profecturus est, in qua ingentes illis honores acquireret, & diuitias; adhuc quod propediem reuersurus, nec reditum in longum sit tempus dilatatur. Hunc imitatus inquam, est Christus Dominus communis omnium nostrum pater, ex hoc mundo decessurus: Apostolos enim tristitia & mœrore affectos solatus, vtilitatem primo profectioem suæ proposuit, quod scilicet ad cœlum tendat, vnde ipsis & Spiritum paracletum emittet, & vbi regnum parabit, *Uado vobis parare regnum.* Deinde promisit, non longas sese moras tractaturum, at propediem reditum, *Modicum & videbitis me.*

Ioan. 14.

Dupliciter autem verba hæc accipi possunt. Primo namque *modicum* illud de tempore passionis, in qua Christus ad aliquot modicum dies delituit, ac deinde post modicum temporis spatium, à resurrectione scilicet, vsque ad diem ascensionis, iterum apparuit, intelligitur. Secundo *modicum* illud, omne vitæ huius tempus denotat, quo Christus visibiliter

Il. Verbum dupliciter potest.

biliter à nobis iam non cernitur, eo quod ad cœlos ascendit, & ad dexteram paternam refidet, sed post quod, tandem nouissimo die, cum mundum iudicaturus veniet, iterū videndus est: atq; ita modicum hoc accipiunt cum August. sexcenti alij patres. Norandum autem in vltima eum cœna verba hæc, pridie eius diei, qua mortem in monte Caluarie oppetit, vlturpasse: quibus mox subiunxit, prosperitate & omnium rerum abundantia gauisuros. *Mundus autem gaudebit.*

In quo Dominus magnum Patriarcham Abraham videtur imitatus, qui bonorum suorum partitione facta, immobilium omnium ex æsse hæredem, Isaac filium legitimum scripsit, concubinarum filijs mobilia muneraque legauit, nam peccatoribus in hac vita bonorum temporalium abundantiam, consolationes sæculi, quæ mobiles & mutationibus obnoxie sunt, elargitur: iustis autem, qui delicta illius sunt filijque dilectissimi, cœlestis regni successionem, quæ proflus immobilis & fixa est, referuat. Atq; ideo merito gaudia mundanis dari ait, *Mundus autem gaudebit.*

At dici non potest, quam exiguum & breue hocce sit gaudium, quod non nisi ad breuissimum temporis spacium permanet & instar puncti & fumi euanescit. Hinc Iob Propheta, qui re ipsa id didicerat, gaudijque mundani fallaciam breuitatemq; ad oculum viderat, olim dixit: *Laus impiorum breuis, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.* Hypocritæ autem nomine mundum intelligit, qui omnium hypocritarum fraudulentorumque rex & coryphæus est, & cuius gaudia consolationesque instar fumi euanescent: atque vt punctum; propter exiguitatem sub sensum cadere nequit, ita & mundi huius gaudia sensibus comprehendi non possunt.

Referunt Solinus in Polyhistore & Ambr. in Hexameron magnum, cygnum & sitenem inter, quo ad cantum, esse discrimen, ille siquidem totum vitæ tempus in mœnore & tristitia consumit: morti autem vicinus & fatigatis vocantibus iucundissime, vdis proiectus in herbis, concinit: hoc vero vice versa, quam diu viuit, tam diu & cantat, morte autem imminente, suspirat & plangit. In quibus &

*Tom. 1. Bessai Quadrag.*

iustorum & peccatorum in hoc mundo vitam ad oculum repræsentari crediderim: illi enim quamdiu in hoc mundo agunt, gemunt & lachrymantur, Heracliti suspiria æmulantes: in morte vero, ad instar cygnorum iucundissime concinunt: hi vero vice versa, lasciuunt, rident, gaudent, cantant interea dum in terris agunt: mortui autem proximi facti sicut, eiulant, & velut sitenes lachrymantur, vnde Prouerbiographus: *Risus dolore miscbitur & extrema gaudij iustus occupat.*

Cum dissimilem hanc vitæ rationem & Mundus si contrarias condiciones accuratius intrueor, milis do-iple mihi firmiter persuadeo, mundum hunc mihi archi-inferiorem domui principis synagogici, de synagogi. quo in Euangelio, persimilem esse: in qua medio in lectu audiebantur tibicines & citharædi, & permissus lamentis sonus cantantium & tibicinum. *Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem: dicebat, Recedite.* Frequentissimum enim est in aliorum funere cantare & ridere alios, in iustorum autem afflictionibus impijs omnium rerum abundantia grati, ac lato fortunæ vultu afflari.

Balthasari regis aula cantu & clamore geniali perstrebat, ac non nisi de delicijs, epulis, voluptatibusque loquebatur, & ecce dum minus nihil expectaretur, manus diuinæ iustitiæ administra in pariete scribens apparuit: post quam & mors regis & regni amissio mox secuta. Hanc item aulam mundi imaginem credo: nam dum non nisi de delicijs, tripudijs, voluptatibus, epulis in eodem agitur, vindex ecce Dei manus, ad candelæ vmbra, id est, in omnium oculis & conspectu, regnorum euersionem, rerumpub. interitus, imperiorum destructiones, regumque & Imp. funera sæpnumero denuntiat ac prædicat.

In regno autem Nabuchodonosor magnæ Regno quo item rerum mutationem conspicio: hinc nique Nabu-mirum statuam auream diuinis honorib. cul. chodonotam, tibijs & cantu varioq; instrumentorum for. apparatu adorata, illinc vero, feracem mortis sententiam in innocuos Hebræos pronunciatam, fornacem succensam, flammâ cœlos petentem, pueros igni iniectos, & iustos ad

K k k k necem

an. 25.

Mundus  
hypocritarum præcipuus.

an. 10.

Cygnus & sitenem vitæ  
morsque  
iustorum &  
impiorum  
magis.

Matth. 9.

Dan. 5.

Item aula  
regis Bal-  
thasari.

necem quæstos. Hæc inquam omnia intui-  
 rus, Regnum hoc mundi huius imaginē esse  
 quā primū auguror. in ipso enim omnia ca-  
 sū genera operire est: hic enim honorem &  
 diuitiarum statuas ab omnibus omnino ho-  
 minib. adorari & tantum non exoculari vi-  
 debis, audies etiam carmina, iubilos, præ-  
 nas, omniaq; symphoniæ & concentus ge-  
 nera. Illic vero fortuitos & lugubres casus, tri-  
 stia rerū euenta, funera, calamitates, afflic-  
 nes percipies, sanguinē item effusum, mortē  
 præproperam, feralem deniq; crucem cernes.

Luc. 16.

In domo diuitis illius gulonis, infernalis  
 pabuli, non nisi conuiuia, epulæ & delicia  
 quærebantur, de genio solo indulgendo erat  
 sermo, vina & lautissima fercula commen-  
 dabantur. Verum cum risus & gaudia, po-  
 iam epulan- tus & epulæ domjarentur, ipsis etiam cani-  
 nis diuitis. bus saturatis: miser ecce Lazarus, fame pro-  
 pemodum enectus, iacet ad ianuam, exiguā  
 stipem postulans: & nullus eheu! ad clamo-  
 rem illius commouetur, omnes absurde-  
 scunt, & micas etiam mensa delapsas negant.  
 Vidistis mundanorum crudelitatem inhu-  
 manitatemque graphice suis depictam colo-  
 ribus? in mundo siquidem non nisi deoqui-  
 na, popina, gurgustijs, gula, ebrietate, inglu-  
 uieque est sermo, omnes voluptatem & deli-  
 cias confectantur, de cruce curanda plus ni-  
 mio solliciti, ut ipse etiam bestia saginentur  
 & esca distentæ fiet: pijs interea, instar La-  
 zari ad fores illorum, fame emorientibus, sti-  
 pem & eleemosynam, sed incassum, efflagi-  
 rantibus.

Et quoniam aliquot iam domuum statum  
 descripsimus, domum quoq; Prophetæ Iob  
 adeamus, quæ vere infelix existit, & tragi-  
 eos casus plurimos peperit, nam interea dum  
 hinc clamore & voce conuiuantium testa  
 streperent, & Bacchus & Ceres per mensam  
 discurrent: fera illa parca falce accincta  
 illinc omnes leto dabat, & crudele specta-  
 culum exhibebat. Idem omnino in mundo  
 hoc quotidie videbimus, quam igitur lugub-  
 ris ac tristis domus est? Cum enim homines  
 ad gaudia & risum sese disponunt, dum ge-  
 nio indulgere parant: mors in caput eorum  
 conspirat, ac nihil minus operantes obruit  
 & obruncat incautos. Adeo ut bene mihi

Iob Propheta olim dixisse de mundanis visus  
 sit. *Ducunt in bonis dies suos, & in pœnio ad infer-*  
*na descendunt* Hæc scilicet mundi huius gau-  
 dia sunt, de quibus in hodierno Euangelio  
 Christus agit dicens, *Mundus gaudet.*

Iob. 14.

Ioan. 16.

Quam obsecro hæc sunt gaudia? falsa  
 & inania, ac verorum gaudiorum nomine  
 penitus indigna, de quibus in Proverbijis Sa-  
 lomoni agens, prudenter scripsit, *Ne desideres*  
*de cibo eius in quo est panis mendacii.* Quo loco  
 de mundo haud dubie locutus est, cuius fer-  
 cula & cibi sunt, honores & voluptates, qui-  
 bus clientes suos pascit & fouet: ac omnia il-  
 la non nisi fallacia, mendacium, & fucus. Au-  
 dite quid de isdem dixerit rex ille Israhel, qui  
 regifice quotidie epulatus, & voluptates in-  
 ter constitutus e iure se clamat, & saturari  
 non posse, nisi prius gloriam diuinam viderit,  
*Satiabor cum apparuerit gloria tua.* In quem  
 sensum dicere S. Hieron. solebat, mundum,  
 si exenterari posset, eiusq; interiora penitus  
 inspicere, præter fucum & inanes fallacias nihil  
 interius habiturum: quidquid enim habet,  
 aut præteritum est, quod iam reuera nihil  
 est: aut futurum, quod penitus incertum: aut  
 præterens, & hoc ipsum inconstans, mobile, in-  
 firmum & instabile.

Prov. 23.  
Mundi fer-  
cula falsa  
sunt.

Psal. 17.

Secundo gaudia hæc peritura sunt, ac tan-  
 dem aliquando desinunt: & cum vita hac i-  
 pla finiuntur: utpote quæ Iacobus Apostolus  
 vapori ad modicum parenti, & mox in auras  
 euanescenti compararit, & quæ Seneca vir  
 prudens & cordatus, & mundi huius fallaciā  
 perspicere habens, puncto similia esse dixe-  
 rit, *Punctum est omne quod viuimus & adhuc*  
*puncto minus.* Ipsum vidit & Propheta Iob,  
 Philosophis veterib. & acutior & sublimior,  
 dum iā inde se ab utero matris, & primo vi-  
 tæ momento nouisse ait, gaudia hypocrita-  
 rum & laudē impiorum ad instar puncti eua-  
 nescere. Verba illius emphasim & energiam  
 habentia deptom. m, *Hoc scio à principio ex Iob. 20.*  
*quo positus est homo super terram, quod laus im-*  
*piorum breuis, & gaudium hypocrita ad instar*  
*puncti.* David quoq; suam huc symbolā con-  
 ferens ait. *Homo vanitati similitus factus est, dies*  
*eius sicut umbra prætereunt.* Nihil porro va-  
 nitate ipsa vanius, nihil phantasmate & vni-  
 bus leuius aut inanius. Cum igitur hisce fi-  
 guris

Mundi gau-  
dia momen-  
tanea.  
Iacob. 4.

Lib. 6. ep. 7.  
ad Luc.

Psal. 143.

Gaudia  
mundi vni-  
bræ similia  
guris

paris & similitudinibus dies & gaudia vitæ huius exprimi soleant, vobiscum ipsi dispicere potestis, quam exigua, quam fragilia & fugacia sint, quantumq; illis fidere oporteat.

Apertius adhuc & manifestius alio in Psalmo ipsum declaravit, dicens: *Nolite considerare in principib. & in filiis hominum, in quibus non est salus; exiit spiritus illorum, in die peribunt cogitationes eorum.* Quænam, obsecro, sunt mundanorum cogitationes? aurum, argentum, splendida palatia, honores, dignitates, vxores, liberi, conuiuia, gaudia, choreæ, ioci, atq; omne voluptatum & deliciarum genus, in quibus nulla ratione spem esse figendam suadet. Propheta, eo quod mors repente & minime expectata superueniens omnes illas cogitationes destruit & euertit, atque ita omnia in fumum & inanem vaporem euanescent.

Tertio mundana gaudia non nisi somnia & inania sunt phantasmata: quo nomine potentissimus rex Israelis eadem nuncupauit, dum in Psalmis canit: *Dormierunt somnum suum viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis.* Perinde ac si dicere voluisset: Diuites & magnates interea dum in iucundo deliciarum lecto dormiunt; interea dum gaudia cosectantur, dum voluptates quarunt, dum risus & iocos ambiunt, felices sese & opulentos existimant: at mox ut à vitæ huius somno experrecti fuerint: & mors oculos oculos aperuerit, nihil in eorum manibus amplius reperire est ac tum demum ad oculum appareat, omnia non nisi vanitatem somnum & vmbra similia fuisse.

Reducit hoc mihi in memoriâ Nabuchodonosoris regis somnium, quo ille quadam nocte, cum curis grauis, ac mille sibi animo chimæras fingens, spectaculaq; varia videre se credens, colossam statuam vidit, caput habentem aureum, brachia argentea, & pedes æneum. Cum vero mane somno expergisceretur, nil eorum quæ de nocte somniauerat, videre aut habere se vidit, imo ne somnium quidem recordari. Vita hæc, Auditores, somnio per similes: in qua cum magni & parui reges & coloni profunde dormiunt, & alium stertunt, & mille animo cogitationes versant: varia se videre credunt & habere fingunt: verum è somno excitati, recipia compariunt se non nisi statuas aureas, regis illius

exemplo, vidisse: & cuncta illa brachia argentea, diuitias illas & gaudia non nisi somnia & fugaces vmbra esse.

Quam rerum vanitatem rex quidam Israel perspectam habens, animoq; accuratius versans, somnio res nostras similes esse ait: *Velut Psal. 72. somnium surgensium Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges, id est, Væ gloriæ tuæ splendore, Domine, & gaudiis & delitiis regni tui, quæ solida & perfecta sunt, non nisi mortales falsa rerum imagine delusi, & in iudicando errantes, solidas existimant, euertere & destrues, atque ad oculum tuis demonstrabis, non nisi mera somnia vniuersa esse.* Cum igitur quidquid in mundo reperitur, somnium vanitas, fucus, fallacia, vmbra, inutilitas, nihil denique sit: quis adeo stolidus erit, qui ipsam amabit, diliget, amplectetur, & magni faciet? Ac mundo hæc relinquenda, qui teste Domino, *Gaudetis.*

O gaudia nimium secum trahentia periculum, magnoq; exposita discrimini, gaudia noremis velisq; fugeda! & quamobrem? quod sapientius mundanis mortem afferant, eamque sempiternam, & in tartara deturbent. Testem sententiæ huius habeo sacram Scripturam, & suffragatorem Paulum: *Si secundum carnem vixeritis, morte moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuete.* Porro secundum carnem viuere aliud non est, quam voluptates sæculi cosectari, & mundana gaudia perquirere. Mirum est cur Apostolus venenum & cicutam potantibus similes credat eos, qui voluptatibus indulgent, & mundanorum lætitiæ sectantur: & delicias, animæ mortem & interitum: vitam vero, voluptatum contemptum, deliciarum & gaudiorum valedictionem afferre censent: ac vere viuere eos, qui quidquid ad mundum & carnem pertinet, conculcant & pedibus velut periplasma proterunt. At hoc non suadet mundus, qui non nisi gaudia & omnibus è rebus delicias, venatur. *Mundus gaudebit.*

Infelix gaudium & noxium imprimis ipsum quippe in causa est, cur aduersus animam conspiret corpus, aduersus rationem sensualitas, aduersus spiritum caro, aduersus superiorem partem inferior bellum moueat

Psal. 145.

Nulla in rebus mundanæ uirtutis.

Mundi

gaudia non inania sunt phantasmata: quo nomine potentissimus rex Israelis eadem nuncupauit, dum in Psalmis canit: *Dormierunt somnum suum viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis.*

Psal. 75.

Dan. 2.

Vita hæc non nisi somnium.

Ioan. 16.

Rom. 8.

Ioan. 16.

III.

Gal. 5.  
Prov. 29.

ueat & coniuere. Ipsum animæ nostræ imperium & dominatum destruit ac penitus euerit: quos conflictus & seditiones describens Apostolus ait: *Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.* In quam rem Proverbum eudens Sapiens dixit: *Qui delicato à pueritia nutrit seruum, postea eum inueniet contumacem.* Corpus porro nostrum non nisi merum mancipium est, cuius Dominus anima; dicere itaq; vult Sapiens: Quicumq; iam inde ab adolescentia & prima ætate corpori indulget, gaudia & delicias corporales venatur, & molliter carnem habet: rebellantem tandem aliquando aduersus animam, eiusq; iugum excruciantem, eam expetietur.

Quicumque igitur corporales & exteriores voluptates conlectatur, ac deliciis sese immergit: corpori animam subiicit hancq; seruam efficit, cum tamen iam inde à primo creationis momento, ipsa domina & magistra, & imperium in corpus obtinens à Deo fuerit constituta, quod perpetuo diplomate sanxit Deus, dum illius intuitu nobilitatis dixit: *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* In quam rem S. Bonaventur. credit, quemadmodum vniuersæ familiæ directio à domini & dominæ voluntate dependet: ita & animæ familiam ad solius rationis nutum & voluntatis imperium, velut ex duorum dominorum præscripto & lege gubernari. Hinc etiam in Politicis dixit Arist. corpus in homine regi, & animam regere debere, & hanc dominam, illud mancipiū extere.

Gen. 4.  
2. Sent. dist.  
28. art. 2.  
q. 2.

r. Polit.

Qui à sensualitate se impelli sinunt, hominere nõ est.

Adeo, vt quicumque hocce priuilegium pessundet & euerit, quicumq; tantam nobilitatem eum seruitute & plebeia sorte commutat, quicumq; inquam, à sensualitate reuoluit: hominis dignitatem & præstantiã re ipsa amittat, & brutorum conditioni se quodammodo subiiciat. Primus, qui hanc sortem subiit, fuit ipse Adam protoplastus, quæ deinde ad nos velut hereditaria per manus successionem transit: de ipso namque solo libellus ille famosus Psalmorum fortibus & postibus affixus, intelligendus est:

Psal. 48.

*Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus*

*est illius.* Vnus pomi gustus, vnus fructus delicia, gaudia illa breuia & inania, tantam in anima illius rebellionem, seditionemque excitant, & vniuersum imperij illius statum ita pessum dederunt: vt è nobili & illustri plebeius ex immortalis mortis obnoxius, ex homine factus sit bestia.

Cæterum ad hæc turbas componendas, ad hanc infelicitatem auertendam, nulla inueniri melior potest ratio, quam Angelum eum Jacob Patriarcha luctantē imitari. Nam cum cœlestis ille spiritus, Jacobum, qui non nisi homo mortalis erat, impari secum congressu, vt pote, qui Angelus Dei, cœlestis, æthereus, & vnus è substantiis illis diuinis erat luctantē cerneret, quo præsumptionem & animum illius elatum compesceret, nec tamen vlla eum ratione à se remoueri posset aut superare, in femore illum tetigit, ita vt netuo contracto & marcescente, toto vitæ tempore claudicaret. Hac ratione cum corpore hoc nostro agendum: nam cum præsumtuosius, & familiarius, eum anima agere conatur, perinde ac si simile illi foret, cum non nisi terra & cinis sit & corruptioni obnoxium, ipsa vero ætherca, cœlestis ac diuina: tunc illa, Angelum imitando, quo illius importunitatem retundat, superbiam coercet, audaciam & temeritatem nimiam compescat: in femore ipsum feriat, seuerè in ipsum animaduertat, sub iugum & ferulam redigat, atq; inuitum etiam & refractarium parere cogat.

Imiretur & Saram Abrahamæ vxorem: hæc enim cum Ismaelem, ancilla Agar profana natum, cum Isaac filio suo familiarius agentem & ludentem cerneret, domo illum cum matre in desertum exegit: ne forte Isaac, quæ sanctius instituere, & ad omnem virtutem efformare volebat, libertini commercio familiaritateque, damnum aliquod reciperet. Vt allegorice hoc exponam, dico corpus hoc nostrum filium idololatram esse, ac strum illi semper animæ, quæ cœlo originem ducit, machinam colludere velle, at ille in desertum pœnitentiæ & austeritatis eiciendus est, ne quid anima illius commercio detrimenti & periculi adeat. At mundus nihil minus quam de pœnitentia loquitur, sed de gaudiis delicias.

Gen. 32.

Gen. 21.

Corpus nostrum  
hoc nostrum  
filium idololatram  
esse, ac strum illi  
semper animæ,  
quæ cœlo originem  
ducit, machinam  
colludere velle,  
at ille in desertum  
pœnitentiæ & austeritatis  
eiciendus est,  
ne quid anima  
illius commercio  
detrimenti & periculi  
adeat.



etiam quærit, & non austeritatem: voluptates sectatur, non autē rigore: *Mundus gaudebit.*

Gaudium funestum & detestandum: vepote, quod rationem excæcet, spiritui densissima caliginem offundat, cœlestium nobis diuinorumque obliuionem ingerat, & Dei tandem cogat obliuisci. Quod Sapiens hisce verbis satis declarauit, dicēs: *Non enim satis recordabitur dierum vite sua, eo quod Deus occupet delictis cor eius.* Quasi dixisset: Cuius cor delictis & voluptatibus fuerit occupatum & voluptatibus plenum meliorum vitæ suæ dierum vix recordabitur. Quod & doctissimus Isidorus calculo suo, deinde confirmauit: *Non potest, inquit, ad contemplandum Deum mens esse libera, qua desideris huius mundi imbiat.*

Atque vt oculus puluere oppletus, cœlum & ætrem intueri, vel astrorum splendorem aspicere nequit: ita nec intellectus, lucidus ille animæ oculus voluptatibus oppletus, & mundi huius gaudiis, quæ terræ puluis & atomi quodammodo sunt; referus: superna & cœlestia intueri potest, nec ad diuina mēte cogitationeque transcendere. Exemplo nobis sit Dauid, qui, quamuis ad regiam dignitatē euectus esset, carnis tamē voluptatibus immersus, in tantum excæcatus erat, nihil vt omnino cerneret, diceretque calamitatem suam deplorans, *Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorū meorum, & ipsum non est mecum.*

Inter omnia Samsonis mala primum locum tenet cæcitas & oculorum amissio: ad quam voluptates & mundi gaudia viā strauerunt. Nam cum illecebris scemineis, & Dalila pellicio, & amoris laqueis irretitus inter amplexus illius suauiter obdormisset; Philistæi, qui in necem eius conspirauerant, hac occasione capta, stertentem adhuc captiuum abduxerunt, & deinde oculos misero eruerunt: itaque in extremam calamitatem incidit. Quod Samsoni hic accidisse auditis, omnibus in genere mundanis accidere certum est: certum est, inquam, delicias & voluptates vitæ huius ad animarum excæcationem viam parare: quam tamen mundus, nimium quantum dementatus & excæcatus, nō percipit, sed gaudia assidue meditatatur & spirat: *Mundus gaudebit.*

O gaudia detestanda! quæ nimirum homini sapientiam auferunt, & insensatum & stolidum reddunt. Hic Job vir vitæ sanctissimæ, & in hac re vt in cæteris, imprimis versatissimus, dicere solebat: nunquam veram sapientiam in territorio suauiter & molliter viuentium reperiri: quem deinde imitatus Apostolus Paulus, Corinthiis scribens asseruit; hominem sensuales voluptates sequentem, & bruti instar victitantem, delictis & carnalibus gaudiis immersum, delectationes sensuales amplectentem, diuina & cœlestia non cognoscere aut percipere, nequam intelligere posse: *Animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt.*

Hinc est, quod qui terrenas voluptates confectantur eodem tempore cœlestibus delictis & consolationibus internis excidant; terraque pasti cœlestes epulas gustare nequeant; quod & in Cantico suo apud Euangelistam testata est Deipara: *Esurientes, inquit, impleuit bonis, & diuites dimisit inanes:* eo quod qui hoc in mundo pauperes sunt, id est, voluptate carent, delicias nullas habent, omnisque terreni gaudij expertes viuunt, diuinis consolationibus affluant: diuites vero & voluptuarij, iisdem careant. Idem cecinit in Psalmis suis Dauid Rex: *Parasti in auiscidine tua pauperi Deum consolationes & gaudia.*

Quamdiu Ægyptia farina in deserto supererebat, manna cœlo non descendit, at mox vt illa defuit, cœleste ferculum suis parauit Deus, & manna pluit. Ita quamdiu voluptates carnales & mundana gaudia, farina inquam, illa Ægyptia, in animis mortalium perseuerat: diuinarum consolationum manna non reficietur: at mox vt illa defecerint & consenuerint, ac potius penitus eradicata fuerint: cœlestium consolationum & gaudiorum manna descenderet, & esurientes animas reficeret. In quam rem Poetæ nescio cuius, mihi versiculi in mentem venit, quem quod optime huc facere videatur, apponam:

*Gaudia cœlestia, qui post terrena triumphos  
Speraret stulto stultior ille ferret.*

Stulticia hæc laborat mundus, qui non nisi gaudia & delicias somniat, ac voluptates confectatur: *Mundus gaudebit.*

Ioan. 16.

Kkkk. 3. Misc.

ad 16.  
modi  
adia ra  
nem ex  
tant.  
16.  
lit. de sum  
no bono.  
simile.  
17.  
ad 16.  
simonis  
citas  
mundanis  
incommo  
uta.  
16.

Gaudia  
mundi ho  
minem sa  
pientia spo  
satus, dicere solebat: nunquam veram sa  
pientiam in territorio suauiter & molliter  
viuentium reperiri: quem deinde imitatus  
1. Cor. 1.

Job. 28.

1. Cor. 1.

Luc. 2.

Psal. 67.

Exod. 16.

Gaudia  
mundi fa  
rina Ægy  
ptiæ com  
parantur.

Mundi  
gaudia in  
perpetua  
tormenta  
conuertentur.

Iob. 21.

Apo. 18.

In sermo.

In sermo.

Ioa. 16.

Mundi gaudia execrabilia sunt & fallacia.

Esa. 13.

Ioa. 15.

Ephes. 6.

Ioa. 5.

Ierem. 5.

Sapient. 4.

2. Cor. 11.

Miseri profecto gaudia; quod ipsa tandem aliquando, in altera, inquam, vita, in tormentis & supplicia sempiterna conuertenda sint. Nam qui hic ridet, illic in perpetuum accumbunt: qui in mundo delicias habuerint, apud inferos cruciatus amarissimos sustinebunt. Docent nos id sacra monumenta, in quibus legitur: *Tenent tympanum & citaram, & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna de cenant.* Ne vero emendacium obtrudere velle existimetis, diploma & verba legis, in Apocalypso tabulas relata, quibus meretrix illa magna condemnata fuit, depromam, *Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum datur ei tormentum & luctum.*

Huic sententiae late suffragantur & Patres omnes, & vnanimiter in eandem manibus & pedibus concedunt: Gregorius namque paucis multa complectens dicebat: *Momentaneum est, quod delectat, aeternum vero, quod cruciat.* Augustinus quoque, quamquam pluribus verbis: *Nulla maior insania quam pro delectatione momentanea, perdere aeterna gaudia, & obligare se ad aeterna supplicia.* Bernardus item diuine, vt omnia: *Qui in delitiis huius mundi transigit vita suae curriculum, similis est latroni, qui per prata florida ducitur ad suspendium.* Omnia haec explodit mundus, & solas delicias spirat & iocos crepat *Mundus gaudebit.*

Gaudia infida, fallacia, infelicia, & execrabilia, vt pote, quae per vniuersum sacrae Scripturae campum abominanda & detestanda censentur, qui enim cum mundo gaudet, cum diabolo, qui mundi huius princeps est, gaudet: gaudet etiam cum impiis & sceleratis, de quibus locutus Psalmographus est, dum ait: *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est, qui sequatur ad vnum.* Gaudete cum inimicis Dei: *Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit.* Gaudete medio in sanguine & confictibus, mundus enim bello & praelio plenus est, vt in Epist. ad Ephes. Paulus scripsit; in maligno etiam positus est & malitia plenus, vt testatur Euangelista: fallacia & dolo, teste Jeremia, scater: contagio, peste & sceleribus, vt credit Sapiens. Denique cum mundo hoc gaudere, gaudere est cum damnatis omnibus; eo

quod mundus, vt Apostolus ait, damnandus sit: est etiam Dei te aduersarium constiterit, illiusque odium incutere. Vnde Iacobus Apostolus dicit: *Qua amicus voluerit esse huius mundi inimicus Dei efficietur.* Et Joannes in Epistola: *Si quis diligit mundum, non est charitas Dei in illo.* Ille porro mundum amare confensus est, qui in mundo permanet, qui cum hoc mundo gaudet, cum mundo letatur, ac iocatur: nam legum Pandectarum docent inimicum vere illum esse, qui inimici amicus est, teste Baldo, Bartolo, & ceteris Jurisconsultis. Sed infelix mundus nihilominus ridere pergit, & in iocis perseuerat. *Mundus gaudebit.*

Inferatus inquam mundus, stolidus, factus gaudet & plaudit; iusti vero plorant & gemunt, atque vt phreneticus moriendo ridet, stentibus amicis & sortem illius & calamitatem deplorantibus: ita peccatores phrenesi mentis in transuersam aeti ridet, iocatur, & gaudet morti & damnationi proximi; sanctis & iustis, qui vere amici illorum sunt, calidis lachrymis eorum calamitatem & aerumnam deplorantibus. Manifesto hoc exemplo Christus Dominus declarauit, cum Ierosolymis factus vicinior, & mala eiusdem & ciuibus post aliquot annos euentura, animo volens flere cepit & suspirare: ciuibus & incolis voluptati interea operam dantibus, delicias confectantibus ac nihil eorum, quae instabant praecogitantibus.

Ceterum, si quam mundani gaudendi & exultandi, in huius vitae curriculo occasionem habent; pij profecto & iusti maiorem inueniunt doendi, lamentandi que. Primo, quemadmodum enim maleficus quispiam, qui feralem mortis sententiam singulis momentis expectat, a risu abstinere, iocos ad lusum contemnit, & instantem propediem mortem assidue mente agitans, in lachrymas resoluatur: Ita iusti, euidentis stultitiae argumentum esse credunt in mundo hoc delictari, lasciuire, gaudere, in quo velut captiui detinentur, (Apostolo mundum & mundana pertulso, dicente: *Cupio dissolui & esse cum Christo.*) & omni hora lugubre sententiam expectant, qua abire hinc iusti, aut damnationis perpetuae rei constituentur, aut immarcescibile praemium pro laboribus recipiant.

An non enim indecens & absurdum foret, Christianos in vigilia Paschae aut Sanctorum omnium, vel alterius cuiusdam festi, cum & ieiunio castiganda membra, & sanctus quidam in corpus rigor induendus foret; ridentes, lasciuientes, ineptientes, tripudiantes, choreas ducentes, laruatos per plateas incendentes videre? & sane Bernardus, omne vitæ nostræ tempus non nisi solennitatis cuiusdam magnæ profectum, & vigiliam credit æterni illius Sabbathi, quod in cœlesti gloria expectamus, *Vniuersum*, inquit, *tempus presentis vitæ vigilia est quædam sollemnitas magna. Et æterni Sabbathi, quod præstolamur in gloria.* Et quæ igitur hoc in mundo ridendi subest ratio?

Secundo, Quidquid magni hic mundus in officina sua continet, fraudem & fucum olet, & suspectum est: & imprimis imple risus & gaudia. Interrogatus olim ingenij & doctrinæ princeps Plato, quandonam potissimum vrbs aliqua fugienda esset, ait, cum lucra non æquipollent sumptibus, sed emolumenta cedunt dispēdijs: deinde cum improbi & cœlesti probos numero superant: adhuc cum rectores illius mendaces sunt & facum faciunt. Tum, inquit, mutanda est sedes, & aliud habitaculum deligendum, in quo nihil habeatur huiusmodi. Vt porro hoc proposito adaptem meo, dico iustos, cum probe faciant huiusmodi hoc in mundo defectus reperiri, moleste ferre longiores in hac vita moras, sed tædio affectos, & lachrymantes quotidie ad aliam vitam aspirare. Sciunt inquam, nullum hic lucrum imminere, cum Apostolos dicentes audiant, *Per totam noctem laborantes, nihil cepimus:* & maiorem scelestorum esse numerum quam piorum, cum scriptum sit, *stultorum infinitus est numerus.* Principes quoque & rectores illius mendaces & vafros esse, *Omnia homo mēdax.* Infelix igitur, & vere infelix mundo qui fidit, & in gaudijs illius spem ponit: de quibus non amplius iam decreui loqui, cum clima mutare, alias deligere sedes, ad terram piorum & lachrymantium, nauim dirigere, eorumque lachrymas dicendo abstergere sit animus: hoc nempe ex condicōe nos prosequi oportebat.

Christus igitur, instar sublimis alicuius

Philosophi & Theologi, qualis etiam reuera erat, utpote in quo omnes sapientiæ & scientiæ thesauri reconditi essent; postquam mundi gaudijs læticia sæculi huius sermonem aboluisset, partem ijs contrariam aggreditur, de tristitia & lachrymis iustorum acturus: quos consolatus ait, oculos eorum in lachrymas, pectora in stigultus & tussiones, animas in luctum & tristitiam esse destinatos; verum ut idcirco animum nō desponderent, nec aduersantibus fracti succumberent, quod omnia propediem finirentur, & tristitia in læta transirent. Arque ut olim Iacobum filium consolata legitur Rebecca, *Nunc ergo, inquit, fili autem vocem meam, Et Gen. 27. consurgens surge ad Laban fratrem meum in Aram, habitabisque cum eo dies paucos, postea mittam te aduocam te in die hac: pauci dies erunt peregrinationis, & laboris tui, ut cito mittam te aduocam te in domum: ita & Christus suos consolatus est, dicens, Tempus quo à vobis abero exiguum & breue futurum est, breui aderit laborum vestrorum finis, tristitia propediem in lætiam conuertentur, & luctus in gaudium, idcirco nolite mirari, si mundo gaudente & ridente vos lachrymaturi sitis.*

*Plorabitis & flebitis vos.* Mundus hic, Auditores, lachrymarum mare & oceanus est, quæ ut plurimum oculis iustorum destillant: ad quas alluisse mihi Ieremias Propheta videtur, dum suorum calamitatē deplorans gemit, *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte.* Profecto si quis omnes lachrymas, quæ iam inde à mundi exordio à varijs effusa sunt, vnum in locum colligeret, altius meo quidem iudicio, quam aquæ diluuij olim, intumescerent, & aquarum montes efficerent, de quibus Psalmistæ illud repeti meriti posset, *Mirabiles elationes maris.*

Iusti porro & pii, veri Heracliti in hoc mundo dici possunt, ut qui perpetuo lachrymentur & gemant: idque varias ob causas. Primo ob peccata sua, & vitæ huius miseria: Secundo ob delicta proximi & peccata aliena: Tertio ob vitæ huius exilium & elongationem; veteres illos Hebræos, in exilium actos & patria profugos & in solum alienum abductos, atque ideo gementes ac suspitiis

*Ioan. 16.*  
Mundus mare est lachrymarum.

*Ierem. 9.*

*Psal. 92.*  
Iusti, hoc in mundo varias ob causas gemunt & plorant.

alie.

larm.

Platonis  
Sophista.

104. 9.

104. 1.

104. 115.

affiduis sese conficientes imitando: de quibus varicinans Psalter locutus videtur, *Super flumina Babylonis illic se limus & fleuimus, &c. Quomodo, inquit, inquit, cantabimus canticum Domini in terra aliena? Quarto quod de sine nondum securi sunt, sed supra modum anxij. Quinto, quod gloria & ipsa beatitudo diutius differatur, & in longum protrahatur. Hinc moræ impatiens Psalmographus lacrymans & gemens exclamat. *Hi mihi quia incolatus meus prolongatus est.* Alibi vero lacrymas suas & gemitus recensens, aperte profiteretur, *Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus? In quem locum Augustinus commentatus ait: Quia si dulcis est patria, amara est peregrinatio: si amara est peregrinatio, tota die tribulatio. Quæ omnia Redemptor præfagiens ac prænuntians, hodie Apostolis ait: *Plorabitis & flebitis vos.***

Honestissima illa puella Sara, Raguelis filia, cum omnem vitam suam seriem recenseret, enumeraretque quam olim vitam instituisset, libere ac siuacere profiteretur, *Nunquam cum ludantibus miscui me, neque cum his qui in leuitate ambulanti participem me præbui.* Ipsa igitur sum mundi huius miseras perspectissimas haberet, sciretque ipsum nonnisi theatrum ærumnarum, oceanum lacrymarum, officinam doloris esse: nunquam in animum voluptates aut delicias inducere poterat, nec iocis puellaribus vacare, aut æqualium suarum consortiis interesse. Felices igitur animæ illæ dicē dæ, quæ puellæ huius mores sequuntur: at multo feliciores, quæ sibi persuadent, omnia terrena lacrymis & miseris scætere.

Laudatur à veteribus Solon Philosophus, quod vnum ex amicis, quem aliquando stentem & grauitè afflictum videbat, in summitatem arcis duxerit, vnde subiectas domos & familias demonstrauit, quem deinde solatus, & mororem depellens dixit, *Cogit a nunc quæ multi luctus sub his tectis, & olim fuerint hodieque miscentur, insequentiibusque saculis sint habituri, ac mihi te mortis alium incommoda tanquam propria deslere.* Declarare se. Sapiens volebat, & hoc amicis & simul nos omnes edocere, vrbes & domos nonnisi miserorum receptacula esse, & mundi huius palatium nonnisi

lugubre domicilium & lacrymarum domum: quæ refert etiam possunt verba illa Scripturæ, *Melius est ire ad domum lacus quam in domum consueti.*

Dæmonax orator, cum quendam e civibus in filij funere amare lacrymantem cerneret, eum consolatus sancte in se recepit: ad vitam illum reuocare, illiusque umbram ab altero mundo arcessere; modo ipse vicissim tres, quos nunquam mortem alicuius deplorasse, nec quid aduersi calamitatisque aliquando passos esse certum sit, ex omni hominum numero sibi seligat. At infelix pater animum intendens secumque mature cogitans, neminem ab hęc calamitate repente poterat immunem. Cur igitur, inquit Dæmonax, tantopere te crucias, & ob rem nullius momenti te affligis, quasi nouum tibi calamitatis genus, aut nemini hæc nota aduersitas acciderit; Docere ipsum, & in ipso nos omnes orator volebat, orbem malis refertum, nec nouum quid aut insolens esse in hoc mundo lacrymari. Vnde Christus discipulos suos præmonens ait: *Plorabitis & flebitis vos.*

Refert magnus Seneca, Lyciorum Legislatorem civibus suis legem tulisse, vt, si quæ doluctui & dolori indulgere vellent, viriles vestes exuti muliebrem stolam sumerent; innuere volebat, tam commune esse hocce in mundo gemere & lamentari, vt qui luctui & lacrymis nimis indulget, non vir, at foemina potius dicendus sit: & fletus lamentaque abiecti & vilis, non autem heroici & virilis animi, & aduersus omnes fortunæ insultus infracti, argumenta esse.

Interrogatus olim Diogenes, quid sibi Philosophia emolumenti attulisset, sapienter admodum respondit: *Etsi nihil aliud, inquit, vel hoc ipsum quod ad omnem fortunam paratus sum.* Si hoc ille de Philosophia sua testimonium dedit, maiori profecto id ratione Christianus de Theologia & sacris litteris vsurpare poterit, cum illa nos ad omnem aduersitatem, casusque tristiores æquo animo tolerandos melius edoceant, & ad fortitudinem adhorrentur, atque ipse Dei filius ad eandem Apostolos inuitet, dicens: *Plorabitis & flebitis vos.*

Cæte-

Mundus  
domus lacrymarum.

Val. Max. li.  
cap. 2.

Tob. 3.

Psal. 119.

Psal. 4.

Enarrat. in

Psal. 85.

Ioan. 16.

Psal. 136.

Ecl. 70.

Evam lib.

8. Ap. ph.

Ioan. 10.

In con. silat.

Laertius

lib. 6.

Ceterum mundus hic ad hoc imprimis  
 utilis est, præterquam quod iustis & pijs lo-  
 co carceris, & caueat sit: quod referente in  
 Homilij Chrysoftom. plurimas ob rationes  
 permittit Deus. Primo, ne quo inanis gloriae  
 flabello, interea dum hic in terra agunt, af-  
 flentur, & ob merita atque à Deo donatam  
 miraculorum gratiam insolentiores fiant.  
 Cuius rationes duos testes producemus, Re-  
 gem vnum & Apostolum alterum: Dauidem  
 inquam, qui immensas Deo gratias agit,  
 quod sub tribulationum pondere pressum se  
 humiliarit, *Bonum mihi quia humiliasti me:* &  
 Paulum, dum ait, sibi ne magnitudine reue-  
 lationum extra modestiae limites effertetur,  
 stimulum carnis datum, à quo colaphizetur.  
 Atque ideo Dominus suos plorare iubet. *Plorabitis & flebitis vos.*

Secundo, ne forte maior æquo Sanctis ha-  
 beat honor, ac Deorum loco teneantur,  
 quod profecto evidens stultitiae, ne dicam  
 maniae, signum foret: aut ne morti obnoxij  
 maioribus quam conditionis humanae fors  
 permitat, honoribus afficiantur. Opinio-  
 nem & rationem meam stabilire videtur  
 Apostolus diceas: *Parco autem, ne quis me exi-  
 stimet supra id quod videt in me.* Hinc est quod  
 Dominus lachrymari nos velit, & interea  
 dum viuimus, luctu confici. *Plorabitis & fle-  
 bitis vos.*

Tertio, vt virtus Dei in vilibus hisce in-  
 strumentis agens, fiat manifestior & euiden-  
 tior, vnde eo quo supra loco Apostolus, ver-  
 ba Christi sibi referens, *Sufficit tibi gratia mea,  
 nam virtus in infirmitate perficitur.* Quo loco  
 virtus robur & fortitudinem designat, in  
 Graecis namque fontibus reperitur *δύναμις*.  
 An non enim Deus olim, in huius rei exem-  
 plum, Pharaonem Regem & omnes Aegy-  
 ptiorum in magis admirationem rapuit, cy-  
 niphes & muscas, & ranas immittendo? An  
 non & idem Dominus cum trecentorum,  
 metu tamen exanimatorum, hominum ma-  
 nu, innumeras Medianitarum copias, duce  
 Gedeone profigasset, ab omnibus, vt Theo-  
 doretus ait, legitur adoratus? Ideo & apud  
 Ioelem Prophetam ipse, cuius potentia tanta  
 & robur eximium, erucam fortitudinē suam  
 appellare non erubuit. *Et eruca fortitudo mea*

Tom. 1. Bessai Qua. trag.

magna quam misi in vos. Hæc in Homilij  
 Chrysoft. Hinc est quod iustissimos & lan-  
 tissimos quosque lachrymari velit Deus. *Ioan. 16.*  
*Plorabitis & flebitis vos.*

Quarto, & fortasse non incommode, vt  
 hac ratione virtus, patientia, & infractum in  
 aduersis tolerandis robur iustorum, qui nul-  
 lo præmio inducti, nullam mercedem exspe-  
 ctantes, Deo obsequuntur, melius pateat  
 & appareat. Ita in Iob viro sanctissimo, Sara-  
 na nequidquam accusante & calumniante, *Iob 2.*  
 patientiae virtus eluxit: aiebat nempe calum-  
 niator ille ideo eum ne latum quidem vn-  
 guem à diuinorum mandatorum observa-  
 tione diuelli, quod bonis à Deo vicissim cu-  
 mularetur, nec pura eum intentione aut ex  
 animo numen coleret *Nunquid Iob frustra, (id  
 est gratis) timet Deum? Nonne tu valisti eum,  
 ac domum eius, vniuersamque substantiam per-  
 circui. um?* Quod ne cui forsitan verum esse  
 videretur, afflictiones ei Deus immisit &  
 grauissimas quidem, vt omnes, miseras, æ-  
 rumnas, suspiria, lachrymas ad oculum cer-  
 neret: iuxta quod Apostolis hodie præcepit.  
*Plorabitis & flebitis vos.* *Ioan. 16.*

Quinto, & vere, vt ita electi iustiq; ad al-  
 teram vitam perpetuo aspirant, eamq; per-  
 petuo ob oculos haberent, veteres illos He-  
 braeos imitari: qui in Babylonicam captiui-  
 tatem abducti, quoties dulcissimam patriæ re-  
 cordarentur, lachrymabantur ac gemebant,  
 conquiesq; querulo interdum carmine exi-  
 lium deplorabant, *Super flumina Babylonis, il-  
 lic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui  
 Sion.* Atque rationem hanc obiter Paulus ad  
 Romanos tangit dicens: *Tribulatio patientiam  
 operatur, patientia vero probationem, probatio  
 autem spem vitæ alterius, vt quidem exponit  
 Chrysoftomus.* Atque hæc ratio est, cur lu-  
 stros & electos hoc in mundo affligi tribulari  
 & gemere velit, vt gementes in hac vita, al-  
 terius gratia sibi proponerent: ideo discipu-  
 lis ait, *Plorabitis & flebitis vos.* *Ioan. 16.*

Sexto, quo hac ratione veri Dei amici &  
 filij electi è ceterorum numero agnoscantur:  
 ille enim legitimus Dei filius, non autem  
 spurius & degener, censendus, qui lachrymis veros Dei  
 in hoc mundo pascitur, & sub afflictionum filios osten-  
 pondete fatiscens gemit. Quo argumento dunt.

LIII & Pau

& Paulus Dei filios electos declarare voluit. *Tanquam filius vobis offeri se Deus: quis enim filium quem non corripit pater: quod si ex disciplina estis, cuius participes facti sunt omnes, aduleri: & non filii estis.* Innuere cupiens, lamenta, fletus, lacrymas, ceterasque aduersitates evidentissimum characterem esse, quo filij Dei à mundi pullis clientibusque seculi dignoscantur. In quam rem præclaram è Genesi figuram producam.

Gen. 33.

Rachel, cum, transactis doloribus extremis & conuulsionibus inauditis, quas in partu scelerat, etiam præsentis vitæ discrimine, filium enixa esset; Benoni, id est, idiomate quidem Hebraico, filium doloris mei vocati ipsam voluit; at pater, versa vice, & mutato nomine, Benjamin, id est, filium dexteræ, eum nuncupandum censuit. Misterij huius medullam minutius eliciens, crediderim formosam illam Rachelem Ecclesiæ nostræ imaginem gerere, quæ magnis quassata angustijs, & doloribus varijs oppræssa, plurimos emittit filios, quos illa haud incongrue doloris filios appellare potest: sed eos deinde cælestis ille pater dextræ filios nuncupat quod, qui in tribulationibus & aduersis in fide stabiles, ac fortes & infracti in omnibus permanent; tandè aliquando, velut legitimi filij & nihil adulteris uideolentes, à Deo ad dexteram, in regno cælorum collocandi sint.

Clem. Alex.  
lib. 2. tro.  
Gloria laboris filia.

Hinc Æschylus Tragicus non inconcinne, mea quidem sententia, apud Clementem, gloriam laboris filiam nuncupauit: at quod ille de gloria seculi huius, ipse potiori iure de cælesti dixerim. Ipsa siquidem vere laboris filia, ut, quam labores, tribulationes, & persecuciones pariant; mundus enim stadium & arena est, in qua luctemur; at cælum laurea & triumphorum locus. Atque ut Romani rerum & orbis vniuersi Domini nunquam eo quo certauerant loco triumphum agebant: nam qui in Gallijs, Hispanijs, in media Africa, & in extremis Asiæ finibus bellum gererent; Romæ solum triumphabant: ita & nos hic gemere & decertare par est, si in regno cælesti præmium immortale & immarcescibile consequi velimus. Hinc Apostolorum Princeps Petrus eum quietem & pacem veram in terra, quæ pugnae, certaminis & bel-

landi locus est, ipso transfigurationis Dominicæ die quaereret, reprehensus est, quasi neficiens quid diceret: adeo ut hic gemere & lamentari debeamus, si Christi Apostolis dicta verba veracia esse velimus, *Plorabitis & flebitis uos.* Matth. 17.  
Ioan. 16.

Solent arbores feraces frugiferæque lapidibus & saxis à prætereuntibus peti, imo etiam rami interdum ipsi uenter auelluntur, unde nucis querela apud Poetam.

(Nux ego iuncta via, cum sim sine crimine & sic  
A populo saxo prætereunte petor.)

Siluestres vero & steriles, nullumque profereutes fructum à nemine tanguntur, & quietæ manent. Ita iusti, qui apud Psalmographum arbori feraci similes esse perhibentur. *Tanquam lignum quod plantatum est secus decursum aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo; tribulationum & afflictionum saxi assidue petuntur, aduersis exagitantur, & sub ærumnis gemunt assidue. Impij vero arbores illæ spæniæ & adulterinæ propagines, pace perpetua gaudent, & mundi prosperitate lætantur, de quibus locutus Vates regius, *Inlabore hominum non sunt, & cum hominibus non flent, ellabuntur.* Hi perpetua malacia stuantur, illi tempestatibus & turbinationibus assidue exagitantur. *Plorabitis & flebitis uos.* Psalm. 1.  
Psalm. 71.  
Ioan. 16.*

Solent medici agis, de quorum salute ac vita desperant, omnem ciborum usum permittere; suæque eos voluntati relinquere, at de quorum sanitate recuperanda non dubitant, thabarbarum, absinthium, aliaque amara catapotia præscribunt, quin & dietam indicunt: ita Deus: erit ille & uersatus medicus, peccatoribus induratis, & pernicibus, de quorum salute desperat, qui tamen grauius laborant, morti & damnationi proximi, omnia concedit, & indulget, ut bibant, comedant, tudeant, tripudient, gaudeant, uoluptati incumbant, quories & quando uoluerint; iustis autem & pijs, quos non ita grauius laborare perspicit, caueria tribulationum inurit, & lacrymarum potiones præscribit, de quibus loquitur princeps Israel: *Potum dabit in lacrymis in u. u. iura.* & alibi ut qui gustauerat, coram medico aperte confiteretur, *fuerunt mihi lacryma mea panes die ac nocte,* & Christus Apostolis hodie dietam & anan-

anangotrophian indicit, cum ait : *Plorabitis & flebitis vos.*

Et quoniam medici mentio incidit, sciendum est, peritos medicos & in arte medica versatos, quo a gros sanitati restituant eos, que in columes reddant, sanguinem illis minuere solere, venam ; aperire : Deum quoque medicorum omnium caput, eosdem hac in re iocari, animas inquam, male habentes & agras imminuto sanguine per sanare, id est, tribulationes ; quarum sanguis imago est, immittere, & aperire illis non venas, sed oculos, ut ita lacrymas emittant. Audite enim qui hac super te Apostolis dixerit : *Plorabitis & flebitis vos.*

Atque ut Regum Annales Eliam Prophetam per turbam & ventorum fragore adimiculante in caelo transuectum referunt ; ita ipse dixit neminem nisi per tribulationum turbines & aduersitatum procellam & lachrymarum imbui, ad caelos euolare posse, quod iter Dominus discipulis suis exponens, ait : *Plorabitis & flebitis vos.*

Solent balena, ceti, delphini, aliaque vasta piscium monstra, non nisi in salugine maris, nunquam vero in fluminibus dulcium aquarum, natitare. Idem & de animabus illis generosis dicendum : non posse nimirum illas in limpida & lapidis mundanorum gaudiorum aquis viuere, ac in salis tribulationum ac persecutionum gurgitibus. Et quoniam nulla unquam animae discipulorum Christi animabus nobiliores exstiterit, ideo magister illarum suadet, ut instar cetorum in lachrymarum Oceano perpetuo natitent ; dicens : *Plorabitis & flebitis vos.* Sed moerentes eorum animos solaturus, mox addit : *Tristitia vestra vertetur in gaudium.*

Docere nimirum nos voluit, iustorum luctum & amaritudinem, quam hoc in mundo patiuntur exiguam & breuem fore, gaudia vero & consolationes diuturnas. Quod annuntiare se populo iustum Esaias Propheta testatur : *Ut praedica em, inquit, annum placabilem Domino & diem ultionis Deo nostro.* Et prope ecce tribulationum, quae vindictae & flagelli species est, diei nomine nuncupat, & consolationum, misericordiae placationisq; anni sperinde ac si dicere voluisset : Vnum at-

fictionis habitae diem, Deus solito consolationis immixtae anno remunerari solet. Quia & idem Propheta alio in loco, alius item verbis, ait : *Quis mensus est pugillo aquas ? & caelos palmo ponderauit ?* aquarum autem nomine tribulationes ; caelorum autem consolationes designat ; aitque illas non nisi pugillo, has vero integro palmo dimitti : quo ostendat, labores & sudores per breues esse, at praemia immensa & infinita.

Cum in hunc locum rex Israel David incidisset, velut extra se praegaudio raptus ait : *Melior est dies una in atrio tui super milia, ideo elegi abiectus esse in domo Domini meae, quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Tanta quippe tamque ampla caelestia sunt gaudia, ut non omnem modo tristitiam & luctum auferant & sopiant, sed omnem etiam memoriam adiuuant, omniaque aeternae oblivionis sepulchro includant. Adeo ut merito sancti, illud Ecclesiastici usurpare queant, *Oblivioni traditi sunt an usi priores.*

Magnus ille Patriarcha Ioseph sibi ad summum honorem culmen euecto, & totius Aegypti domino constituto hanc a Deo collatam ait gratiam, qua omnium laborum, persecutionumque quas in terra Israel subierat, memoriam deponere potuerit : *Oblivisci me fecit Deus omnium laborum meorum in terra paupertatis meae.* Quo audito, statim ipse mihi persuadeo, eadem a Deo sanctos gratiam, mox ut caelum subierint, diuinaeque gloriae participes facti fuerint, donari ; omnium scilicet illo tormentorum, suppliciorum, cruciatuum, & tribulationum, quas in hominibus, qui in terra paupertatis & miseriae subierunt, oblitisci.

Abisai, ut in factis libris perhibetur, iniuriarum sibi a se factarum memor erat ; at David immemor : eo ipso namque die, quo in regem Israel inauguratus est, & iudae regnum adiit, hilari ad inimicum vultu conuersus ait : *Non morietis, non est hic dies, ut in ea sit memoria praesentium malorum.* Si terreni regni possessio ita Davidis animum commouere potuerit, ut praesentium malorum memoriam exuerit : an non maiori id ratione regnum aeternum & caeleste poterit ? Illius namque gaudia

Esai. 30.

Psal. 83.

Caelestia gaudia omnem tristitiam prioris memoriae abolent. Eccles. 9.

Genes. 41. Non recordantur in caelis sancti eorum quae in terra percelli sunt. 2. Reg. 19.

infinita & aeterna, omnes cruciatus temporales absorbent: ipsa quippe mundi huius tristitia & amaritudo non nisi momentanea est: at gaudia illa suprema, aeterna & perpetua. Atque hoc Dominus discipulos confortaturus ait, dicens: *Tristitia vestra vertetur in gaudium.*

Ioan. 16.

Tob. 3.

Pictura Jo-  
uis.

Psal. 74.

Ioan. 16.

Psal. 123.

Tribula-  
tiones tor-  
renti simi-  
les.

Comm in  
Psal. 109.

Nouerat id sancta illa anus, Tobiae con-  
iur, cum Domino supplicans diceret: *Post tem-  
pestatem tranquillum facis, & post lachrymationem  
& fletum exultationem infundis.* Atque hoc  
innuere veteres volebant, cum Jouem suum  
inter duo vasa medium constituerent, vnum  
malorum, alterum bonorum, quae inter se  
temperans, ac bonis mala permiscens, ho-  
mines iisdem potabat, dicens: *Neque prospera  
sine aduersis.* quo alluisse Psalmographus  
vitus est, d. m. ait: *Calix in manu Domini,  
vini meri plenus mixto, & inclinavit ex hoc in  
hoc.* Hanc mixtionem vsurpare Deus solet,  
tristitiaque laetis, & aduersis prospera tem-  
perare, ac laetitiam dolore perfundere: mox  
etiam ventum immutans, summa imis & im-  
ma summis permutat, post procellas serenita-  
tem, post notos & aquilones prosperita-  
tum zephyros superinducit. Audite quid  
de eadem vicissitudine Apostolos suos Do-  
minus docuerit, *Tristitia vestra vertetur in  
gaudium.*

Vitae huius aduersitates breues & exiguas  
esse ait, & non nisi modicum, atque adeo labo-  
res, persecutiones & afflictiones seculi hu-  
ius torrentibus comparantur, *Torrentem per-  
transiit anima nostra, forsitan pertransisset ani-  
ma nostra aquam intolabilem.* Torrentis enim  
fluuentibus vadique de summis montium iu-  
gis, aquis, excresecat & intumescat, quamprimum  
tamen, cessante pluuiâ, detumescit, iram  
ponit, & nonnunquam etiam exarescit.  
Ita & tribulationes, quamuis prima fronte  
terribiles appareant; merumque pusillan-  
mis incutiant, quamprimum tamen, Deo  
auxiliariam manum supponente, dissipantur,  
& in nihilum abeunt. Cuius rei figura  
fuit impetuosis ille torrentis, qui postquam  
ex illo Elias bibisset, quamprimum exaruit,  
vnde bene obseruauit Hieronymus, dum scri-  
bit: *Audientes torrentes huius seculi nolite de-*

*sperare: frequenter hic torrentis deficit. videtur  
quidem tumescere, sed cito deficit, si sustineas: unde & Elias desi-  
cit aqua torrentis.* Atque hinc est, quod ipsa  
Christi Jesu Passio, quae & acerbissima & bre-  
uissima fuit: torrenti comparatur à Psal-  
mista: *De torrente in via bibet, propterea exarsit* Psal. 109.  
*caput.* Ipse quoque Christus torrentis in mo-  
rem, Apostolorum afflictiones & tristitiam  
transituram promittit, id est, momentaneam  
fore, & in gaudium conuertendam: *Tristitia  
vestra vertetur in gaudium.* Ioan. 16.

Ecquodnam vero illud futurum est gau-  
dium, cum Deum maiestatis & regum Re-  
gem libere sine vilo obstaculo videre dabi-  
tur? ait enim Esaias Propheta, de Beatis om-  
nibus loquens: *Regem in decore suo videbunt.* Esai. 13.  
Regina Saba aulae Salomonis regis ingres-  
sa, eiusque magnificentiam, splendorem, ser-  
uorum multitudinem & ordinem intuta, in  
admirationem raptâ, dicebat: *Beati serui tui,  
& beati serui tui hi, qui assistunt coram te omni  
tempore, & audiunt sapientiam tuam.* Verum, *Magnum  
ô regina, si cogitationes tuas efferre sublimi-  
us, & altius insurgere velles, atque ea quae de  
regis terreni aula dixisti, de caelestis dices,  
& Salomonis loco Deum tibi praesentem fin-  
geres: quam beatos spiritus illos caelestes  
existimares, quibus coram diuinâ maiesta-  
tis conspectu semper datur assistere! Dauid  
rex, omnibus voluptatibus affluens, huc om-  
nes cogitationes dirigebat, dicebatque tum  
se gaudio cumulandum, cum Dei sui faciem  
coram cerneret: *Adimplebis me laetitia cum  
vultu tuo.* non tantum ait se laetaturum, sed  
laetitia adimplendum. Sumite igitur animos  
Apostoli Christi: nam, *Tristitia vestra vertetur  
in gaudium.* Ioan. 16.*

Ecquod enim gaudium futurum putatis,  
cum omnes sensus exteriores gaudio reple-  
buntur: quidquid exopaueritis, fiet vobis,  
omnia ad vorum fluent, cum quidquid pe-  
tieritis, volueritisque impetrabitis? Insinuat  
hoc Propheta regius, dicens: *Qui replet in bo-  
nis desiderium tuum.* Mundus quidem deside-  
ria nostra implet, sed vanitatibus, stultitia,  
inaniis, ac meris nugis, at caelum bonis vo-  
luptatibus, deliciis, & quidem veris. Hinc &  
idem alio loco: *Replebimur in bonis domus tua.* Psal. 64.  
id est,



id est, cum domum subire tuam dabitur, omnibus opibus & bonis circumfluemus; quā felicitatem in immensum attollens Augustinus, ait: *Felicitas est, habere omne quod cupis, & nihil habere, quod odisti.* Gaudete igitur & exultate Apostoli, quia *Tristitia vestra vertetur in gaudium.*

Quodnam obsecro gaudium, aeternitatem consequi, esse pereannem, ac nunquam terminari? porro gaudiorum aeternitatem Esaias Propheta plurimi facit ac summo loco ducit, dum de beatis loquendo scribit: *Latitia sempiterna super capita eorum: gaudium & exultationem obtinebunt, eamque sempiternam & nullo aëuo terminandam.* Nam præter præmium illud essentiale, visionem inquam Dei, quæ omnibus in genere sanctis communis est, nouis quotidie gaudiis, & quidem variis & sexcentis, accidentalibus inquam, cumulabuntur: ac præter gaudiorum aeternitatem, hoc ad cumulum accedet, quod omnes beatorum sensus incredibili voluptate ac delectationibus nouis perfunderent. Consolamini, consolamini igitur Apostoli, quod *tristitia vestra vertetur in gaudium.*

Ecquodnam illud gaudium, quod omnibus omnino malis nos liberat, & solida, nulloque dolore interrupta lætitia perfundit? In Apocalypsi quippe scriptum est: *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra quia prima abierunt.* Et in Esaiâ: *Gaudium & latitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.* Quodnam, inquam, gaudium illud erit, quod nullo dolore permistum quod mihi habebit, quod metuas, nihil quod formides: quod nullis impediatur lachrymis, lamentis nullis, quo minus perfectum sit interruptum. Mors, passio, cruciatus, tristitia, paupertas, inopia hinc exulabunt, imo ne minima quidem eorum in cœlis mentio: at omnia secura hic sunt, certa & nullo aduerso concutienda casu Gaudete itaque & ixtamini Apostoli, tandem enim *tristitia vestra vertetur in gaudium.*

Ecquodnam inquam, gaudium illud, quando corpora omnia tam egregiis, nobilibus & eximiiis dotibus donata erunt: splendore scilicet qui solis etiam iubar antecellet, nam Fulge-

bunt *institur Sol*: subtilitate etiam admirabili, ea inquam, ipsa, qua spiritus cœlestes dotati sunt, qua etiam muros transgrediuntur; de quibus locutus Psaltes videtur cum diceret: *cum Deo meo transgrediar murum*; agilitate etiam credibili, qua & aues præuertent. Ita intellige vaticinium Esaiæ: *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumment pennas & aquila, current & non laborabunt.* Denique, ut Angeli, ab omni cruciatus, & agilitate immunes existent: *Et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra.* Ingens igitur gaudium erit, tot videre soles, specula, radios, spiritus, aquilas, angelos vno in loco congregatos. Ne igitur animum despondere Apostoli: nam serius aut citius, *Tristitia vestra vertetur in gaudium.*

Quantum gaudium erit tam lucidum & splendidum incolere palatium, de quo scribens Apostolus ait: *Structura muri eius ex lapide iaspide, ipsa vero ciuitas aurum mundum simile vitro mundo.* Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Et duodecim porta duodecim margarita sunt, & platea ciuitatis aurum mundum. Palatium inquam, adeo amplum & magnificentum, ut ipsi reges, exquisitas inhabitare aulas soliti, summopere tamen ipsum incolere desiderent. ac nonnisi admirando de eodem locuti sint, & impitmis Dauid: *Quam dilecta tabernacula tua Domine, virtutum, concupiscit & deficit anima in atria Domini.* Palatium adeo emians & nobile, ut ipsum Dei domus, Seraphinorum aula, Regum sanctorum domus, terra viuentium, Beatorum domicilium, Angelorum habitatio appelleretur: à Dauid vero tabernaculum admirabile, *Quando transibo in locum tabernaculi admirabilis, & sicut ad domum Dei?* Tristitia igitur ne emortuamini Apostoli: nam ipsa *vertetur in gaudium.*

Gaudium inenarrabile, omne namque Gaudia quod hic haberi potest gaudium, & delicia, cœlestia quibus hodie homines hic gaudent, & ad finem usque mundi gaudebunt, & quibus haec gaudiis aeternis gaudiis sunt: nihil omnino sunt, & merentur. si cum Paradisi facis cœlestibusque, quæ Beatos manent, comparentur. Quod è Philosophorum schola petitis rationibus confirmabo. Hoc namque est Aristotelis

16.

ad dia  
cœlestia  
ma futu  
runt.

16. 33.

16.

Omnibus  
malis exi  
meatur  
sancti.

16. 21.

16. 51.

16.

Beatorum  
corpora  
preclaris  
dotib. præ  
clarerunt.

Ma 16. 13.

Psa 17.

Esai 40.

Apo 21.

Ioan 16.

Palatium

cœlestis.

Act 21.

Psal 83.

Psal 41.

Ioan 16.

*Lib. 1. Poster.* axioma huc optime faciens: *Omne quod si per essentiam, maius est & perfectius omni eo, quod est simpliciter per participationem.* Item illud

*2. Metaph.*

Metaphysicum: *Quidquid est causa aliorum ut sint talia, illud est maxime tale.* Contemplate igitur, homo, & penitus inspicere omnia mundi huius rerum splendorem & pulchritudinem, per omnia creata curiosius indagare obambula, cogita & inspicere delicias, gaudia & delectationes, quas iisdem inclusas credis, accurate examina: ac deinde alius mente cogitationeque transcendens, illorum auctorem intueri, ac videbis solum Deum eadem condidisse: nam *sine ipso factum est nihil, & omnia per ipsum facta sunt.* Tum etiam considera creatorem illorum, sine ulla comparatione, omnibus illis & pulchriorem & excellentiorem esse, ac multo plures in se delectationum causas comprehendere. Hoc a gu-

*Isa. 1.*

mēto & Salomon, aduersus idololatras quosdam, qui solem, lunam, altra, & omnia militiam cœli diuino cultu adorarent, usus est, dum ait eos, si qua in astris visa pulchritudine ad hanc maniam & idololatriam deuoluti sunt, oculos altius efferre debere, & eorum conditoris excellentiam dignitatemque contemplari.

Deinde, si inferiora hæc, in quantum tamen creaturæ sunt, afficere oculos nostros & animos possunt, eosque ad se rapere & voluptate perfundere, interea dum hic in terra regimus: ipse profecto Deus, omnium creator & conditor, maiori nos afficere voluptate potest, & maiorem in se hominum recreandorum occasionem ac rationem habet, cum verum illud axioma Philosophorum, de causis & agentibus loquentium sit: *Quidquid potest causa secunda, nobiliori & excellentiori modo potest causa prima.* item illud: *Nobilior causa nobiliorem semper producit effectum.* Quibus innixi, & Philosophorum hæc in parte opinionem accedentes Patres Ecclesiastici, unanimi sententia tradunt, eum, qui cœlestia gaudia assidua meditatione contemplatur, terra mox aspernaturum, & sæculi huius delicias nullo loco habiturum. Audiamus hæc in re loquentem Gregorium: *Se consideremus fratres carissimi, quanta sunt que promittuntur gloria cœlesti, nobis in cœlis, & sequeuntur animo omnia, quæ habentur in terris.* Vterius etiam transcendit Augustinus, dum quodam in loco de cœlesti beatitudine ait: *Tanta est dulcedo futura gloria quæ si una gutta in infernum desineret, totam damnatorum amaritudinem dulcoraret.* Atque hæc forsitan fuit ratio, cur Epulo infernalibus flammis vitulatus, & in mediis ignibus constitutus, aquæ guttam a Patre Abraham postularet. Idem quoque Augustinus lib. de virgin. addit, tantam gaudiorum cœlicorum dulcedinem & excellentiam esse, ut quamuis non nisi horæ vnius spacio iisdem frui daretur, centenarum annorum myriades, si eatenus extendi vita posset, in voluptatibus & gaudiis traducendæ, contemnendæ ac veluti nihil despiciendæ forent. Discite igitur, o apostoli, æ quo animo ærumnas & cruciatus perpeti, *Tristitia enim vestra tandem vertetur in Luc. 16. gaudium.*

Ecquod Deus bone gaudium! nullus oratione complecti, aut animo magnitudinem gaudii et illius poterit comprehendere. Hinc quamuis primi oratores, Philosophi, Arithmetici, Astrologici, Theologi, omnes etiam homines & Angeli, collatis viribus illa describere contenderent, a nemine putem mannam cordu- dem partē verbis exponi posse: quin & amplius addo, quamuis omnes arborum frondes, vniuersa firmamenti sidera, omnes maris guttæ, & oceani arenæ, in Demosthenicas essent conuersæ linguas, nulla ratione eas minime illorum portioni describerent sufficere. Quod ita probabo: Si verum & indubitatum illud Aristotelis sit, *nihil in finitum potest in finitum comprehendere, cum in ipsis non sit proportio*: certum quoque & penitus indubitatum est, beatitudinem & paradisi gaudia infinitum bonum esse, ut Theologi propemodum omnes in quartum sententiarum tradunt: Cum igitur omnes, quæ in mundo sunt creaturæ finitæ sint, nihil que cum infinito commune habeant: in hanc illam dulcedinem nunquam comprehendere, nec dum exprimere poterunt. Suffragatur opinio etiam Aristoteles dum ait: *In finitum finitum est, nobis ignotum esse*: quam & sanctorum Patrum verbis, & imprimis Bernardi confirmo; dicit enim in sententiis *si omnium hominum*

*Sapient. 13.*

*Arist. lib. 1. de Anim.*

*Gregor. in Hom. vnius Mart.*

*In arm. de gloria cœlesti.*

*Lib. 1. de or.*

*lo & 8. de*

*phys. 2. de*

*cap. 10.*

*In 4. sent.*

*dist. 47.*

*1. Physic.*

*Bernardus*

*sentent. 2. in*

*mil. vnius*

*martiri.*

minum lingua simul essent, & mihi loqui vellent de gloria, quam anima beata habitura sunt: citius in narando deficerent, quam vel minimam partem illius gloria exprimerent possent. Deinde & Gregorij, Quae autem lingua dicere vel qui intellocus capere sufficit, illa suprema civitatis quanta sint gaudia? Felices igitur & beati vos Apostoli, hisce gaudijs tandem aliquando perfruatur, Tristitia quippe vestra vertetur in gaudium.

Quodnam illud gaudium est, Auditores! quod videlicet solum animam satiare, eique satisfacere potest: mundanae vero deliciae eandem pascere ac reficere nequeunt. Nam licet aliquis omnes consolationes, quae haberi & optari hoc in orbe possunt, ad vorum & libitum haberet: nunquam tamen satius foret. Ad quam opinionem viam sternit Philosophus dicens: *A proprio obiecto recipiunt potentia perfectionem suam.* Cum igitur oculorum & visus obiectum sit color, aut corpus coloratum, iuxta Philosophum omnium, & imprimis Arist. opinionem: certissimum est, si oculis omne symphoniae genus & instrumentorum variorum sonus obiceretur, nulla ex ijs visuam potentiam voluptate recreandam quod non sit obiectum illius: at si excellens & scitum aliquod corpus, aut colores vivaces eisdem proponerentur, incredibili profecto voluptate perfunderetur. Idem de auribus esto iudicium: si enim ijsdem diversarum generum, mira colorum discrimina, imagines scitissime efformatas, gemmas elegantissimas apponas, cum haec obiectum illarum non sint, nullam his auditui voluptatem paries. Quod cum ita se habeat, petendum restat, ut quodnam animae rationalis obiectum constitui debeat: omnes, crede mihi cum D. Thoma respondebunt, solum Deum illam sibi ut obiectum proponere, fieri igitur nequit, aliud ve praeter Deum obiectum eam eam afficiat, & reficiat, illi usque desiderium adimpleat. In sententiae meae confirmationem fautorum Patrum testimonia producam, & Augustini imprimis: ita enim is in confessionibus loquitur: *Fecisti nos, Domine, ad te, & ideo inquietum est cor nostrum, nisi quiescat in te, te sine turbatur, agitur, & huc illucque ratur: at in te, cum requiescit, velut in centro*

fixum haeret. Deinde & in libris de Civitate Dei Platonis sententiam citans ait, *Tum delicata est divina visio, tantopere amore dignissima, ut quidquid haberi possit, ea non habita, facti hominum miserum, non beatum.* Hinc Scotus, subtilis ille & profundus Philosophus credidit, *Intellectum nostrum ab aliquo satiari vel quae etari non posse, nisi sub ratione infiniti.* Cum igitur uniuersa quae in mundo hoc inferre si reperiantur, brevia, transitoria, fragilia, fugacia, finitaque sint: animae nostrae satisfacere nequeunt nec illius cupiditatem ac desiderium illo pacto restringere. At si Deus, summum illud bonum, & omni ratione infinitum, ipse siquidem est, qui post coleratas arduas labores, angustias, ac tristitiam vitae huius, in altera nobis delicias, gaudia, solamina ac voluptates in remunerationem elargitur: promissum enim Apostolis: tristitiam te illorum in gaudia commutaturum.

Quae cum ita sint, Christiani Auditores, **Conclusio.** ut finem praesenti concioni imponam, quidquid hodierno vobis Euangelio declaratum est, animo ut infixum geratis, oro: recordamini inquam, quae varia in hoc mundo hominum fors sit & conditio: in quo hi gemunt, illi gaudent: in quo hic tripudia, illic tristitia & luctus. Cogitate mundum lactucarum persimilem esse, in quo & oleum solaminum, & acetum acrimoniaque aduersitatum inuenitur: cogitate quin etiam atrium esse, in quo peccatores epulentur & nuptiali gaudio rideant, iusti vero velut in carceribus & vinculis constituti gemant. At imprimis cogitate, eos qui hic modo gemunt, in altero saeculo gaudijs cumulandos, de quibus loquitur Propheta dicens, *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.* Id est, qui laborum suorum sementem in vitae huius agro, lachrymando & gemendo, conserunt, cum gaudio ipsam & iactitia metent: contra vero, quicumque gaudentes seminauerint, lachrymantes & suspicantes & aruum steris humectantes, metent. O casus lugubres, & vere metuendos! o catastropham tragicam & luctuosam!

Tu vero Deus ter Maxime, a cuius nutu & directione omnia haec inferiora dependent, qui humanae vitae sortes moderaris & quovolente.

Secr. in sent. dist. Quidquid in mundo habetur animam satiare nequit.

Psal. 127.

16.

gaudia a-

deus ob-

deus ob-

1. q. 3. art.

lib. 1. con-

volente tot in hoc mundo rerum vicissitudines contingant: qui & hos gementes & illos ridentes conspicias: qui his vt membra ieiunio, inedia & rigore exteriori doment suades, illos vero voluptatibus indulgentes æquanimitèr toleras? cuius prouidentiam omnis quæ in mundo diuersitas fortis apparet, respicit: tu inquam, qui lachrymas, quas iusti hoc in mundo fudere, æterna mercede compensas: delicias vero & voluptates, quibus impij abundant, dignis sæpe supplicijs castigas: nobis obsecro gratiã concede, vt quamdiu hic agimus, afflictionum acerbiter tolerare mereamur, veri Heraciti esse, & oculos in fontes lachrymarũ conuertere possimus, vt in altera vita lætemur & exultemus, atque afflictiones nostras in consolationes, aduersitates in prosperitates, tristitiam in gaudia, gaudia inquam perennia, sempiterna qualiaq; æterna beatitudo includit, commutatam videre: quorum nos participes reddat Pater. & Filius & Spiritus sanctus, Amen.

### DOMINICA QUARTA POST PASCHA.

Partes.

- I. *Aduersa in diuersis sortiri diuersum effectum.*
- II. *De tristitia muta discipulorum.*
- III. *Cur expeditur Apostolu abire ab ipsis Dominum.*
- IV. *Quid acturus patacletus adueniens.*

*Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis? Ioan. 16.*

### FIGURA.

*Tob. x. in* Raphael ille Angelus, postquam tantorum maritorum interfectorum dæmonem in desertum Egypti abegisset, & Tobiam iuniorem saluum & incolumem reduxisset, patris cæcitatem abstulisset, & magna Tobiaz domum felicitate cumulasset: patri ac filio valedicens, ait, iam tempus est vt reuertar ad eum qui tibi me hæcenus coegit ad-

esse: atque ideo benedicite Deum cæli, & coram omnibus viuentibus mirabilia illius prædicite. Item omnino Christus hodie, qui à Propheta magni consilij Angelus vocatur discipulis suis valedicens, ait: Nam diabolo ad infernalis abyssi detruso, mundo illuminato hominum cæcitate pulsa, orbe benedictionibus & gratijs repleto, ita eodem in Euangelio aliocturus est, iam discessus mei tempus aduenit, tempus quo Patrem, quo tamdiu absui, adeam: nemo tamen vestrum de abitu meo sollicitus interrogat quo vadam, aut quamnam discessus mei sit ratio. Hic nimirum Euangelij hodierni nucleus est, quem vt enucleemus, cæleste auxilium, precibus Deiparæ matris imploremus, ideo salutationem illi Angelicam offeremus.

### AVE MARIA.

Quotidiana edocti experientia, quotidie fieri videmus, vt quod vni vita, sanitas & medela est, alteri mors, morbus & virus existat. Serpentes enim & viperæ, vt exemplo rem teri noxi probemus, ceruis salubres sunt, hominibus est. Historiarum monumentis proditur, cibus & vita fuit, cæteris hominibus mortem & interitum adferre solet.

Quod tantopere in naturæ ipsius secretis Tribulamur, in mysterijs etiam fidei & gratiorum locum habet, quod enim his ad animæ salutem prodest, illis æternum sæpenumero & impijs adfert interitum: quod hos ad cælum subleuat, illos ad inferna derrudit: quod his vitam, ne afferunt mortem illis & damnationem parit. Quod plurimis exemplis confirmare volens, tribulationes solas in scenam producam: videmus enim sapissime, iustis illas prodesse, impiorum vero capiti damnatione arcessere. Quod Sapiens in Prouerbijs testatur, *Non conturbabit iustum quidquid acciderit ei, impij autem replebuntur malo: cum enim aduersitates & tristitijs accidunt, commouentur, tam intus quam foris, & ideo miserijs replentur.*

Arbores in aperto & patulo campo conpositæ, ventorum turbinibus expositæ sunt: at pij arboribus si quæ altas radices egere, & profundas preparantur.

pagines